

nimiam iudicium ac iuditorum iustorum raritatem homines mali cotidie profitiant in peius, fit, ut in illos etiam, qui nullius | aliquid desiderant, eorum potissimum exerceant insultus, si non illorum, qui non sine causa gladium portant, eis obviaverit severitas. Quapropter ne fratres nostros de Bvch ipsorumque possessiones, tamquam in res nullam omnino defensionem habentes, ulla hominum pravorum irruere presumat audacia, tam presentibus 5 quam futuris notum esse cupimus, qualiter filii Bernhardi de Vesta, Bernardus, Cvnradus et Volradus cum consensu matris sue, villam quandam suę proprietatis, que dicitur Loztowe, cum omnibus suis attinentiis ecclesię sanctę Marie in Bvch mediante domno Bruningo abbate pro centum LXX marcis argenti vendiderunt atque in provinciali placito nostro Scolin, quod vi. idus iunii celebratum est, resignaverunt coram testibus, quorum 10 hec sunt nomina: Arnoldus prepositus Cicensis. Hartmannus et Hermannus fratres de Lobdebvrk. Vlricus de Frideberk. Heydenricus de Zangenberk. Henricus de Zcudz. Henricus de Korvn. Wicardus de Zcapowe. Henricus de Warin. Petrus de Hagen. Otto de Lichtenhagen et Otto filius eius. Henricus de Vesta. Volradus de Indagine. Henricus de Bolin et multi alii. Postmodum vero in provinciali placito, quod in Kvlmiz 15 actum est, Cvnegunda soror trium prescriptorum fratrum in manus nostras et in manus Meinheri prefecti Misnensis bona predicta contradidit coram testibus, quorum hec sunt nomina: Sifridus prefectus de Liznik. Albertus prefectus de Dewin. Wolfwinus prefectus de Cice et Wolfherus frater eius de Pesne. Sifridus de Mvgelin. Henricus de Koldiz. Albertus de Liznik. Albertus puer de Liznik. Cvnradus et Rvdolfus fratres 20 de Mals. Fridericus de Bortwiz. Cvnradus de Doblin et alii multi. Acta sunt hec omnia anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo, indictione octava; feliciter.

(SFR.)

276.

25

*König Friedrich II. schreibt dem Papst Honorius III., daß sich auf dem allgemeinen Hoflage zu Frankfurt plötzlich zwischen dem Erzbischof von Mainz und dem Landgrafen von Thüringen ein alter Streit mit Heftigkeit erneuert habe, der bei seiner bevorstehenden Abreise große Uebel zur Folge hätte haben können; da hätten unerwartet die anwesenden Fürsten, zumeist die, welche früher dagegen waren, seinen Sohn gewähll.*

Nürnberg, 1220 Juli 13. 30

*Hdschr.: Reg. Honorii III. III., 9. 10. Vatikan. Archiv.*

*Gedr.: Winckelmann, Acta imperii 1, 156. Böhmer-Ficker 1143.*

— — Dum autem apud Frankenford, ubi pro licentiandis principibus iuxta morem imperii indixeramus generalem curiam, personaliter venissemus, secundum mandatum vestrum accedendi ad pedes vestros iter exinde duce domino arrepturi, ex presentia 35 dilectorum principum nostrorum venerabilis . . Maguntinensis archiepiscopi et lantgravii Thuringie, qui ad curiam convenerant memoratam, discordia, que iam multo elapso tempore suborta fuerat inter eos, ex accumulatione virium et militie utriusque sic convalescere tunc incepit, quod toti imperio discrimen et periculum minabatur. Quod presentes